



BASIN — DE ARTIBUS MAGICIS — 1506










711/A



DE artibus magicis ac magorũ maleficijs opus pclarissimum eximij: sacrelegis vis quisitoris magistri bernadi basin cesaraugustanensis ecclesie canonicum nuper amendis q̃ plurimis emendatum.



¶ Frater petrus aymerich omniū re-
ligiosorū almi cōuentus ꝑpetue virgi
nis boni aeris castricalleris ordinis
sctē marie de mercede redemptionis
captiuorū minim⁹ in sacra decretoruz
facultate doctor dn̄m suum dn̄m gaui
nū corroy prothonotarium necnō ec-
clesie calleritanēsis canonicū bn̄meri
tum saluteplurima imꝑtiri iubet.

Expectaui anxie necdum aut patiens nū
cius aut ocios⁹ dies affuit. Itaqz simul
cōcepta carptim explico nō quidē ex anī
mi mei sentētia q̄m graue est quod nunc
animū p̄mit egerendū licet ne neglectū stomacho
obsit. Quotiēs vel libellos quibus inhiabā : vel
cui inherebā calamus festinabūdus abieci: quo-
tiens surrexi : qnotiens prosilui: videndi auidus
tenendiqz presens vtile opusculū: mortaliū necne
animabus cūctis salutiferū tibi: tū tua disciplina
rum prestantia:tum predulci virtutū annexu de-
stinandū putaui. Quocūqz enī tpe mihi potestas
presentis tui fuerat:et oīm moderator eras cōsi-
liorum meorum: tibi erat eidē cui salus vita fuit
etiam dignitas:q̄m testes sunt et erunt sempiter-
ni meritorū erga me tuorū nostreqz pietatis ꝑpe
tue. Ah: corrui miser in tam graues laboris āgu-
stias:quas nostri cui tpa effundunt doctrine adi-
piscende grā:ac labor iprobus cōfluit semꝑ. Sed

ecce alto loco situs es vnde aspectū: et iudicia: et sermonesq͂ hominū effugere non potes. Quo accuratius (vt ego velut adhuc felix atq͂ iteger experior) tui famuli et fratris coeui studiū sic spero Quare nihil magis obfuit mihi q̄ tui approbatissimi cōsiliū tueq͂ magnificētie in premeditatio nostra: cui inflecti me maxime piget. ¶Parce queso fratri temerario qui opus impar officine ingeniū aggredi non dubitauit quū nouerit temperantiā et moderationem nature tue: nouit animū: cū sibi amicissimū: tum nulla in ceteros maliuolētia suffusum. Uale: et (quidē optimū aduersus oīa vite nostre mala remediū reor) bonorū amplitudinem et cōsiliorū ꝓuidētia nos fouere digneris/ deniq͂ amātissimū dn̄m anthoniū aragayll vigilātissimū Itidē canonicū meo noīe plurima ipartiri salute opusculū offerens tibi iperes q̄ si minus tersum parcat queso nostre idigeste minerue. Ex nostris edib⁹ parisiacis tertio ydus Iulij. Anno domini Millesimo quingentesimo sexto.

¶ Ad dñm petrum aymerich de bonis scientis non parum meritum.

Spurcida sardoe viuat modo gloria terre
Fragiferi cunctam que regit orbis humum
Jam fanus vtque thymo cithisoque nitescit agresti
Sic sapido roseus thure virescit ager
Marcida consultus disponit premia messor
Miscet et in crebros gramina lecta dies
Pampineos veteri produxit tempore fetus
Hunc genuit docilem sardois vnda virum
Calluit emisso logicos spiramine cantus
Siccaque theologum fudit in ora logos
Hoc datur arte graui dirceo pangere cantu
Qui sterili iussus ore silere fuit
Parisiumque bibens sitibundo gutture nectar
Rettulit auerso clara digesta sinu
Jlle venenificas circei flegmatis vndas
Abstulit et falsos trusit abinde viros
Religione fugat tetricos flagrante parentes
Et grauis etruscas transmeat aura plagas
Hic hominum veterem seduxit et vndique ritum
Et misero falsas iecit ab orbe nurus
Eya age placato gaudens cape pectore lector
Ex vario versus ansonis annue meos
Finis.

¶ Opus exquisitissimum de magicis artibus et magorũ maleficiis per sacre scientie parisieñ. doctorem Magistrum bernardum Basin Canonicum Cesaraugustaneñ. in suis vesperiis cõpilatus Anno a natali christiano Millesimo. ccccc. et vi.

¶ Oratio prohemialis ad rectorem ⁊ alios sacre doctrine seminatores.



Um vos in audiendis magice artis disceptatiōibus attētissimos cōspicio et rei magnitudinē meis oculis subicio Illustrissime et reuerēdissime domine purpurati cetus particeps et sacri cōsilij mēbrū. spectabilis rector sacre milicie duces. proiudices incorrupti. aurati milites. et vos sacratissimi dei studij expositores a quibus abditissima queqꝫ doctrinarū omnium intelliguntur. Non mediocri molestia afficior propterea ꝙ id onus ad me delatū intelligo quod vel ad plures doctissimos et eloquētissimos viros ipartitū impar eorū viribus videretur presertim hoc in loco celeberrimo et apud celestiū artiū p̄ceptores quibus de rebus magnis et grauibus iudicandi dat facultas. Itaqꝫ vereor cū non videā quid tanto cōcōspectui dignū: aut elegantia dicendi: aut sententiarum grauitate a me possit afferri satis ne mihi parū hac in re consuluisse iudicetis verū quia in hoc est mea omnis disposita viuēdi ratio vt nihil esse ducam magis meū ꝙ̄ dictis parere maiorū. Quapropter respondere dignū duxi ad questionem quā proposuit sacre scientie summus interpres grauitatis ⁊ cōsilij custos. cuius eloquio (vt audire potuistis) et sapientia et vetustissimarū gētium memoria coniūcta est. ꝓtestari tamē primū necesse est nil pertinasciter me dicere: aut defendere velle: quod sacro sancte expugnet eccl'ie. aut

doctoribus per eam approbatis: seu articulis parisius condempnatis. pauca tamẽ probabiliter me adducturum: gratia cõferentie habende cum prestantissimis commilitonibus meis. Et quia disceptationi locus est: non orationi: pro questione proposita. vtrum christi doctrina fideles omẽs amagorum maleficiis purgentur.

Decisio q̃stionis.

Notandum primo ꝙ magus vocabulũ est persicum id denotans quod apud grecos philosophos. et apud latinos sapiens dicitur. hos galli drydas vocauere. Unde plinius libro. xvi. naturalis hystorie in fine. Nihil inquit habent dryde. Ita em̃ galli suos appellant magos. Egyptij in ea significatione qua nos sacerdotes et greci prophetas dicere. Indi gymnosophistas greco vocabulo: et sua interpretatione vocabant. Babylonij necnon et assirij suos magos seu sapientes caldeos vocauere. Itaq3 laercio teste magi apud persas deoꝝ cultui maxime insistũt: preces illis ac vota et sacrificia offerunt. de deorũ substantia et generatione dixerunt. cultum et vsum auri interdicũt. Post hec tractu temporis hij tantũmodo magi dicti sunt: qui ob facinorum magnitudinem vulgo malefici appellantur.

Magus quid sit

Notandum secundo ꝙ ars magica. vt placet plinio libro. xxx. naturalis hystorie ab ipõ zoroastro (vt omnes auctores conueniunt) in perside ortum habuit. que (vt ait) fraudulentissima artium in to-

Ars magica originẽ habuit

to terrarum orbe plurimis seculis valuit. et subdit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur: quod sola artium tres alias imperiosissimas humane mentis complexa/invnam se redegit Nam primo de medicina nemo dubitauit. Hanc specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremque quam medicinam. ita desideratissima blandissimisque promissis addidisse vires religionis: ad quam maxime alligat humanum genus: atque vt hoc quoque suggesserit. miscuisse artes mathematicas nullo nõ auido futura de se sciẽdi: atque ea ecelo verissime peti credenti. Ita possessio hominum sensibus triplici vinculo/intantum fastigij adoleuit: vt hodie etiam in magna parte gentiũ preualeat De isto zoroaste dicit solinus quod risit quando nascebatur. et dicit aug⁹. quod ille risus quia mostruosus fuit (risit enim quando plorare debuit/vt plorant ceteri) nichil boni protendit: quod patuit. inuẽtor artis magice fuit. sed sua ars magica ad infelicem terminũ sicut et ceteros magos duxit. quoniam in prelio minus rex assiriorum eum superauit. et demum ictu fulguris occubuit: non obstante quod magus est astrologus maximus esset vnde zoroastres viuens astrum dicitur. Postea vero Democritus et Orpheus magicam ampliauerunt. Hijs notatis sit prima propositio talis.

Sequuntur decē ꝓpositiones ꝓbātes quod demones possūt ꝓpa ꝟtute homines decipere.

PRima propositio. Multa per artem magicā in prestigijs ⁊ maleficijs possunt ostendi et fieri: que aspiciētibus et causam ingnorātibus videntur mira. Probatur primo per augustinū li. xxviij. de ci. dei. Cum essemus inquit in italia audiuimus quasdā mulieres ībutas magicis artibus dato caseo statim homines in iumēta cōuertisse. que vt alia iumenta necessaria queq; portabant: ⁊ finita opera iterum hoīes ab illis restitui. quibus (vt ait) mēs semper humana cōseruata fuit. Apuleius etiam platonice secte philosophus scripsit se in asinū apud thesaliam veneficijs cuiusdā mulieris (dum per magicam fieri auis conaretur) cōuersum fuisse. et tractactu tēporis ī hoīem restitutū/ plinius seneca/ et cicero certissime affirmāt messes in varios agros magorū ꝓstigijs traduci posse. Unde ouidius. Carmine lesa ceres sterilem vanescit in herbā. ⁊ Uirgilius in buccolicis egloga octaua. Atq; satas alio vidi traducere messes. Medea quoq; apud Ouidiū libro metamorphoseos septimo ex hac arte mirabiliora patrasse narrat. Cū volui ripis ipsis mirātibus amnes in fontes redire suos cōcussaq; sisto. stantia concutio. cātu freta nubila pello. Ex hijs et plurimis experientijs quas breuitatis gratia missas facio patet veritas propositionis.

SEcunda propositio. Sicut mira multa per artem magicā facta corporibus celestibus minime sunt ascribēda ita nec virtuti intelectus hominis artibus magicis vtentis. Probatio prime partis qꝛ impossibile est ꝙ effectus qui sunt proprij nature

intellectualis ex virtute celestis corporis causent. Nam ꝓpria operatio cuiuslibet rei sequitur propriam naturam eius. constat autem ꝙ locutio est actus nature rationalis. in operibus autē magoꝝ aliqui colloquentes hominibus et responsa dantes de diuersis negocijs expresse audiūtur. quare impossibile est ꝙ huiusmodi effectus artis magice causentur vniuersaliter ex virtute corporis celestis. Nec potest dici ꝙ huiusmodi locutiones q̄ audiuntur in operibus magorum non fiunt sc͞dm sensum exteriorem sed solum ymaginarie et fantastice: quia huiusmodi locutiones indifferenter audiuntur ab omnibus circunstantibus. hoc autē esse non posset si solū fieret secundū magorū quibus responsa dantur ymaginationes. vnius. Nā ea que fiunt intrinsecus in ymaginatione vnius nō percipiuntur sensibiliter extrinsecus ab alijs. Igitur prima pars vera. Secūda pars probat. Primo quidem quia cum virtus sequatur essentiam rei: diuersitas vel idemptitas virtutis: diuersitatem vel idemptitatem indicat essensialium principiorum. Intellectus autem cōmuniter hominum talis conditionis inuenitur: ꝙ eius cognitio ex rebus sensibilibus causatur magis q̄ꝫ possit sua conceptione res sensibiles causare vel immutare. Si ergo sint aliqui homines: qui conceptione intellectus sui possint virtute ꝓpria res naturales trāsmutare: erūt alterius speciei ab alijs hominibus. et dicentur equiuoce homines cum eis. quod constat esse absurdum. igitur impossibile est ꝙ virtute intellectus hominis arte magica vtētis efficiātur operationes artis magice. Probatur etiam ista secunda pars quia virtus agēdi seu faciendi

non adquiritur per disciplinā sed solum cognitio faciendi. videmus autē q per disciplinā aliqui homines pestiferi adquirunt/ q huiusmodi effectus magicos efficiant. Non igitur est in eis virtus realis aliqua per quā huiusmodi effectus magicos efficiant. sed solū cognitio vel noticia in libris dānatis acquisita. igitur secūda pars ppositiōis vera

Tercia propositio. Artificialia quibus magi vtuntur ad beniuolētiam odium/ vindictā/ seu secretorū noticiam aut alios quocunq3 effectus artis magice virtutem in se nullam habent ex celo nec aliūde. Probatio. quia figura secundum sui rationē abstrahit ab omni materia sensibili cum sit quoddam mathematicū. Sed talia mathematica nullius actionis naturalis possunt esse principia cum non sint actiua nec passiua. igitur ppositio vera Item hominis figure vel imagines quib9 magi vtūtur nō sunt effectus corpor celestiū: sed poti9 hominis p artē illam operātis, ergo opera artis magice que fiunt cū hoībus artificialibus nō sūt effectus corporū celestiū. Nec dici potest: q sicut corpora naturalia subduntur celestibus corporibus: ita et corpora artificialia: et ideo sicut corpora naturalia sortiūtur quasdā virtutes occultas ptentas spēm (sicut q magnes attrahit ferrū) ita et corpora artificialia sub certa constellatione fabricata sortiunt virtutē occultā a corporibus celestibus/ ad aliquos effectus pducēdos (que videtur potissima ratio astronomor) qr non videt simile de istis et de alijs corporibus. Nā virtutes naturales corporū naturalium cōsequūt formas naturales cor. quas quidē formas sortiuntur ex impressione corpor superior: et ex eorumdē cor

porū impssione sorciunt quasdā virtutes actiuas spēm contentes. Sed forme corporū artificialiū non sunt effectus corporū celestium. sed procedūt ex conceptione artificis: eas in materiam inducētis. Igitur ex impressione corporū supiorū nullā prorsus virtutem actiuam inquantū sunt artificialia sorciuntur.

Quarta propositio. Ex hac tercia ppositione infert quarta. Qr sicut imago leonis sculpta in signo leonis neminē apassione renū vnq̄ liberauit: nec virgiliȷ̄ magi musca enea ab vrbe neapoli veras muscas fugauit: sic nec per imaginem aliam aut sculpturā/ circulū/ anulum/ sigillū seu figurā immutant hominū aut brutoꝝ corpora: imobilitant vel fugant animācia: nec referantur hostia patet ppositioni ex supradictis. Et adhuc aliter probatur. qr vel talibus est impressa virtus vel forma a superiori agēte/ sicut luna illuminantur sole per lumen receptū. vel hoc fit per solam motionem superioris agentis absq̧ forma aliq̄ seu virtute eis in herente ad agendū. sicut aq̄ maris fluit et refluit per motionē corporis celestis. Non primum. qr cū operatio que consequitur formam impressā ꝯmuniter in veniat i omnib⁹ indiuiduis que sūt eiusdē spēi sequeret ꝙ oīa artificialia eiusdē spēi vel figure ingniū artificialiū sites ꝛ cōformes hērēt actiōes. quod falsū est. Nec secūdū dici potest. qr cū opatio q̄ sequit solā motōem supioris agētis nō semp ꝯueniat rebus motis: sicut semper occeanum fluit et refluit: sequeretur ꝙ huiusmodi artificialia non hērent actiōes nisi solū durāte ꝯstellatione sub q̄ sūt fabricata. cui⁹ cōtrariū asseritur ab expertis. igit ppositio vera.

Quinta propositio. In cantat

Q res carminū violentia nō inficiūt aut f
nant homines:nec incātationibus cog
de latebris exire serpētes:cū verba e
scripta seu ꝓlata de se obseruata etiam cōstell
tione:talia/aut eis similia nequaꝙ̄ possit effice
Probatur primo ratione.quia ars non produ
materiā in qua opatur artifex: sed ea p̄supposi
super inducit formā:verba aūt hūana habēt m
teriā:sonos scilicet ab ore hoīs sēsibiliter ꝓlat
significatione vero quasi formā habēt ab intell
ctu: vnde ad hoc datus est sermo secundū ph
vt presto sint nobis mutue volūtatis indicia. I
tur sicut artificialia in ꝙtū hmōi nō habēt effic
ciam ad determinatos effectus artis magice p
ducēdos ex virtute corpoꝝ celestiū: ita pari rō
nec verba in cantatoꝝ quantūcūqꝫ tpibus elect
sint scripta:aut ex itētiōe et desiderio aīe rōna
formata. Idē habet.xxvi.q.vij.admoneant fid
les.vbi habent ꝙ magice artes incātatiōesqꝫ
firmitatibus hoīm nihil possunt remedū cōfer
sed hoc esse laq̄os antiqui hostis. Nec queꝙ̄ m
uere debet glo.sup illō p̄s. sicut aspidis absur
obturantis aures suas.aspidis inquit ne voc
in cātatoris audiat vnā aurē ponit in terra:alt
claudit cauda.ac si timeat ꝙ ꝟtus ꝟboꝝ incāta
tis ad se perueniat.nō eñi hoc facit aspis ex eo
verba incantātis intelligat (vt dicit aug⁹) sed
in ꝓlatione ꝟborū sentit in se quandā imutatio
quā naturali instinctu refugiēs (sicut oē aīal n
turaliter refugit suū corruptiuū) claudit orga
sensus auditus:sicut et homo cōtra aliquē ter
bilē sonū apponit subito ⁊ quasi sine deliberat

manus suas ad aures ne audiat sonũ illum. predi
ta autem immutatio que fit in corpore serpẽtis
d verba incantatoris non fit ꝟtute verborũ. qua
utẽ virtute fiat: dicetur in sequentibus. et sic pa
et quinta propositio

SExta ꝓpositio. Effectus mira
biles artis magice efficiuntur ab intelle
ctu separato/ magoꝝ opatiõibus se im=
miscẽte. Probatur primo quia magis ĩ
uis operationibus vtuntur quibusdã vocibus si=
nificatis ad determinatos effectus producẽdos
ue quidẽ voces nichil aliud sunt ꝙ quedam inuo
ationes/ adiurationes / seu imperia quasi vnius
d alterũ colloquẽtis. vnde. aug. de ci. dei dicit.
 porphirius velut dubitans querit. vtrũ in di=
inãtibus ⁊ quedã mira faciẽtibus aĩe sint potio
es ꝙ in aliis. An aliqui spũs extrinsecꝰ veniant ⁊
otiꝰ venire eos extrĩsecꝰ arbitratur. spiritus au
em separatus aut est bonus aut malꝰ Nõ potest
utem dici ꝙ huiusmodi effectꝰ qui fiunt per artẽ
agicã fiant ꝑ bonos spũs. primo qꝛ non est boni
ũs. se familiarẽ exibere sceleratis hoĩbus: aut
restare eis patrocinium in hijs que sunt cõtraria
irtuti et veritati. hmõi aũt artibus magicis vtũ
r vt frequẽter hoĩes scelerati. plerũqꝫ etiã ho
icidia ⁊ maleficia ꝑ eos ꝓcurant. nã scd̃m isido=
um vni. li. ethimo. vtentes predictis artibus ma
fici vocant. quare manifestũ est ꝙ ꝑ spm̃ bonuꝫ
uiusmodi effectus artis magice nullo modo effi
ũtur. Preterea. Spũs boni est ducere q̃tũ ĩ se
t ad veritatẽ. Sed in opibus magoꝝ multa ple
iqꝫ fiũt quibus hoĩes ludificant/ decipiuntur/ et
errorẽ trahũtur. igit ꝑ bonũ spm̃ opa magica

non efficiunt. Idē patet ex hoc quia non est spūs boni vt si sit supior: minori vel: pari subdat. aut sit inferior: vt sibi a superiore supplicationē fieri paciat. Sed magi necromantici in suis operationibus inuocāt eū quoꝝ auxilio vtunt suppliciter q̄si superiores. Cum aūt venerit/imperāt eis q̄si inferioribus. vt patet p libros acros et sacros illius artis q̄re manifestū est ꝙ hoīs effectus artis magice per bonos spiritus non efficiūtur. Relinquitur ergo et cet.

Septima propositio. Qꝛ tales effectus artis magice fiūt per malignos spirit⁹ quos nos demones vocam⁹ hoc expresse dicit aug. iii. de tri. Per demones inquit magice artes possunt quicquid possūt valere aliquid nisi data desup potestate datur autem vel ad fallendum fallaces sicut egiptios: et in ipsos magos data est: vt in eorum spirituū operatione viderentur admirandi: a quibus fuerant damnandi. Ex quo repellitur error gentiliuꝫ qui huiusmodi operationes dijs bonis atribuebant contra quos dicit augusti. libro. lxxxv. Deus per semetipsum neminem decipit: sed per talem angelum qui pro sue volūtatis peruersitate/ vel ad vindictam peccatorum / vel ad exercitationem eorum qui secundum deum nascuntur ordinatur et idem xi. super gene. ad litteram. ꝙ enim iquit putatur audire serpentes vel intelligere verba magorum id est incantatorum vt eis incantantibus exiliant plerumqꝫ de latebris / in illis vis diaboli operatur. et subdit infra. gaudent enim demones hanc potestatem sibi dari vt ad incantationes hominis serpentes moueantur / vt quolibet modo fallant quod possunt.

Octaua propositio. Fascinatri-
ces suo aspectu maliuolo īmutare pos-
sunt infantiū tenerrima corpora. et vsqꝫ
ad graue infirmitatē ea quādoqꝫ alte-
rare. Hanc propositionē probat Auicēna qꝛ sub-
stantijs separatis multo magis obedit materia
corporalis ad productionem alicuius effectus ꝙ̄
qualitatibus actiuis et passiuis in natura. Nam
ad aprehēsionē substantiarū separatarū fiūt mul-
ta in istis inferioribus preter cursum corporū ce-
lestium et aliorū naturaliū agentiū. quod patet
de anima que si fuerit fortis in sua aprehensione
inmutat corpus proprium. sicut ex sola ymagina-
tione anime corpus calescit: vt patet in cōcupiscē-
tibus et irascentibus. vel etiam frigescit sicut cō-
tingit in timentibus. incurrit etiam quandoqꝫ ex
hac febrem aut aliquam aliam egritudinem. et
per hunc modum dicit ꝙ si anima coniuncta cor-
pori fuerit depurata a vicijs: et fuerit fortis ī sua
aprehensione ꝙ tunc obedit ei: non solum corpus
proprium sed etiam corpora aliorum. hinc et se-
cundum eum ꝙ aliqui sancti viri operantur mul-
ta mira preter solitum cursum nature: ita ꝙ ad
eorum apprehensionem sanatur quandoqꝫ infir-
mus vel aliquid huiusmodi. Et ꝯsimiliter dicit ꝙ
si anima fuerit fedata vicijs et habuerit fortem
aprehensionē in malicia obedit ei materia corpo-
ris alieni ad transmutationem: precipue in illis
in quibus materia est apta ad receptionē ipressio-
nū sicut cōtingit in īfantibꝰ ꝓpter teneritatē car-
nis. sicut cera mollis facile recipit ipressionē sigil-
li. Et istā posuit Auicēna causā fascinationis. Nā
ex forti aprehēsione vetularum obstinatarum in
malicia īmutatur corpus infantis ad infirmitatē

vel ad aliquã passionem. Sed ista ratio auicen
nõ valet: nec in se nec in confirmatione per exem
plum quod adducit. In se quidẽ. qr secundũ aug
materia corporalis non obedit angelis nec mu
to minus animabus ad nutũ q̃tum ad corporal
transmutationẽ: sed soli deo. exemplũ aut quo
adducit pro confirmatione nõ valet propter du
primo quidem. quoniã ex sola aprehensione au
ymaginatione anime coniuncte non sequitur ali
mutatio corporis: nisi illa aprehensioni fuerit a
iuncta aliq̃ affectio: puta gaudii vel timoris/ con
cupiscẽtie aut ire/ aut alterius passionis per qua
variatur motus cordis: et etiam spirituum proc
dentium a corde. ex quibus quidẽ spiritibus: ve
retractis ad cor p passionẽ: tioris vel diffusis ad
mẽbra per passionẽ gaudii sequit alteratio aliq̃
corde que potest esse causa infirmitatis/ si mate
ria sit disposita. Secũdo qr maior est colligenti
anime ad corp⁹ suũ q̃ ad corpora alioꝝ. et quia i
mutatio corporalis est per ꝯtactũ: magis est na
tum corpus propriũ transmutari ex aprehẽsion
anime q̃ corpora alioꝝ. Dicendũ est igit q̃ trans
mutatio corporis q̃ fit per fascinationem non pr
uenit ex hoc q̃ ymaginatio vel aprehensio vnius
anime inmutet immediate corpus alterius hom
nis. Sed ex hoc q̃ mediãte motu cordis ⁊ spũum
(vt dictũ est) immutat corpus propriũ coniunctũ
que quidẽ immutatio spirituũ maxime ĩficit occu
los. occuli aũt infecti inficiunt mediũ. mediũ aut
infectũ inficit corpus ꝓspectũ si fiunt facile inmu
tabile. sicut videm⁹ q̃ ocul⁹ mẽstruate inficit spe
culũ ⁊ p̃cipue si sit nouũ. vt habẽtur in. li. de som
no et vi. Sic igitur ex forti a prehensione alicui⁹
vetule in malicia indurate immutatur motus cor

De trãsmutatiõe corporũ.

dis ꝛ spũum. que quidem immutatio prouenient ad oculos inficit ipsos. oculi aut infecti inficiũt vicinũ aerem aer aut infectus inficit corpus infantis propter eius teneritatem. ꝛ ita ad maliuolum aspectum vetularũ inficitur modo predicto infãs et fascinat̃: ita ꝙ cibũ euomat ꝛ ĩfirmitatẽ ĩcurrat

Nona propositio. Tanta virtute demones corporalibus rebus presũt vt possit deo ꝑmittente elemẽta ꝯmouere/ mare ꝯcitare/ montes et colles destruere/ arbores herbasq̃ dissicare/ brutorum corpora atq̃ hominum subintrare/ vexatões infirmitates et mortẽ ipsam procurare. Probatur propositio. q2 corporalia obediunt demonibus quo ad motum localem. vt patet per augu. iiij. de tri. Sed predicta possunt fieri per transmutationem localem rerũ corporalium. patet de infirmitate et morte de quibus minus videtur cum eni sanitas consitat in conuenienti dispositione et adeq̃tione humorum: possunt demones commouere humores corporis et violenter exagitare: ad quod sequetur perturbatio sanitatis/ dolor/ infirmitas/ aut corporalis vexatio. sicut de saul rege vexato adiabolo legitur primo regũ. xvi. spiritus nequã exagitabat eum. erat autem ista aggitatio/ interior vehemẽs comotio. patet etiam de stimulo carnis paulo dato. ii. ad cor. xii. vbi dicit glo. aug⁹. dolore quodam corporis traditur apostolus vehementer exagitatus. patet insuper luce xiii. de muliere detenta in infirmitate annos decẽ et viii. a qua domin⁹ spiritum infirmitatis eiecit. potest igitur demon vexatores: grauissima causare ad quas deo permittẽte sequetur mors. Potest etiã

demon ab extrinseco violentias inferre. vt patet de septem viris sarre. thobie. iij. quos asmode⁹ interfecit. Et de iob patientissimo qui sathane potestatem in rebus secundis et corpore expertus/ spiritu secūdo edoctus ait/ non est potestas super terrā que valeat ei cōparari. et sic patet veritas propositionis.

Decima ꝓpsitio correllaria.

Ex hiis infertur ꝙ demon propria nature potestate interius et exterius potest homines variis illusionib⁹ decipere. probatio prime partis/ qꝛ ea que ex motu locali aliquorū corporū causari possunt/ naturali virtuti demonum subsunt. vt ex supradictis patet. Sed apparitiones ymaginarie causāt interdum in nobis per operationem nature ex locali mutatione corporaliū humorum ⁊ spirituum vt dicit philosophus in libro de somno et vigilia vbi respōdit causam apparitionis somnioꝝ dicēs ꝙ cū animal dormit descendēte plurimo sanguine ad principium sensitiuum / simul descendūt in spiritu aīali impressiones relicte ex sensibilium motionibus: que in spiritibus sensualibus conseruantur. et mouet principium sensitiuum aprehensiuum: ita ꝙ aliq̄ apparent ac si tunc principium sensitiuum a rebus temporis exterioribus immutaretur. Tanta etiam potest esse motio hoꝝ spirituum et humorum ꝙ non solum dormiētibus sed etiam vigilantibus huiusmodi apparitiones fiēt sicut contingit in freneticis arrepticiis et vehementer studentibus. igitur apparitiones ymaginarie poterunt fieri in homine per demones humores et spirit⁹ interiores cōmouentes ad quod sequitur varia ordinatio fantasmatum vt varias

representationes faciant eis quos decipere cupiunt. et quia tunc anima conuertitur ad huiusmodi similitudines sicut ad res videtur homini q̄ sit equus oppressus onere queadmodum videbatur primi ipsius prestantij se fuisse caballū et annonā cum alijs bestijs portasse vt recitat aug⁹. xviij. de ci. dei. et dicit ibi aug⁹ q̄ ita in ventum est. quod est intelligendum q̄ patet prestantij et ali(quos ibi recitat augusti. per magas mulieres fuisse cōuersos in iumenta honera portancia) fantastice solum fuerunt conuersi in iumenta: sed portationi prima onerum fuit vera: non quidem facta per homines sed per demones. Sic etiam videtur aliquibus q̄ transferantur de loco ad locum cuȝ societate magna. vnde quedam muliercule inseruientes sathane demonum illusionibus seducte: credunt se ꝛ profitentur nocturnis horis cum diana paganorum dea in magna mulierum multitudine equitare. et alia nephanda agere puta paruulos a latere matrum accipere assare et comedere domos per caminos seu per fenestras intrare. et habitātes varijs modis inquietare que omnia et consilia aliquando solum fantastice accidunt eis. Unde aug⁹. vij. super gene. ad litteram. illa inquid q̄ feruntur accidisse vt quidem recordarentur se in quorumdā animalium corporibus fuisse aut falsa facta narrantur: aut ludificationibus demonū hoc in eorum animis factum est. Si enim contingit vt quis in somnis fallaci memoria recordet se aliquid fuisse quod non fuit: aut fecisse quod non egit. quid mirum si quodam de isto occultoq̄ȝ iudicio sinantur demones etiam in cordibus hominum vigilantium tale aliquid posse. Idē videtur

Falsa imaginatō mulierū maleficarum

sonare capitulum illud .xxvi .q.v. epi. vbi habetur. q mulie rcule ille que dicunt se ductas ad loca remota ymaginarie tantum ducuntur. et est illa ambulatio in ymaginatione et non ingressu pedum. istud tamen decretum videtur reddere maleficos audatiores: ad introducendum alios in suam sectam: et iudices ecclesie ad inquirendum de maleficiis remissiores/ et sic videtur parare viam ad cultum ydolatrie: propter quod dicendum q decretum illud fuit sumptum ex cōcilio quodam particulari: et non ex aliquo quattuor conciliorū generalium. et ideo non fulcitur tanta auctoritate sicut alia plurima decreta. Videtur etiam leuitate quadam fuisse factum. quod patet in exemplo ezechielis quod adducit ad probandum q deportatio illarum mulierum fiat solum in fantasia et nō realiter vbi sic habetur. quis vero tam stultus et hebes sit: qui hec omnia que in solo spiritu fiunt: etiam in corpore accidere arbitretur: cū ezechiel propheta visiones que domini sunt in spiritu non in corpore viderit: sicut ipse dicit. statim inquit fui in spiritu. q si ezechiel existens in caldea dicit se fuisse in spiritu in hierusalem: hoc non probat intētum/ nisi adderetur quod ezechiel non potuit ibi esse presens: nisi in spiritu et non in corpore: quod falsum est. nam et abacuc a iudea in caldeam confestim translatus est. Danielis. xiiij. verūtamen pro reuerentia sacri voluminis dicendū q si capitulum illud episcopi. intelligatur/ deportationes et apparitiones illarum mulierum aliquando fore ymaginarias solum: non negando quin possint esse vere et reales. et quin aliquādo sint predictum capitulum est tanto volumine di-

Declaratio illius decreti. xxi. q. v.

gnum. si vero intelligatur tales deportatiões nõ posse aliter ꝙ ymaginarie fieri: dictis sacre scripture manifeste repugnat Et quod subditur in illo capitulo. ꝙ qui talia credit infidelis est et pagano deterior: hoc intelligitur de his qui credunt diuinos cultus diane: aut herodiadi debere exiberi. sicut ille mulieres credebant.

Sed quid, de quibusdam vetulis que se in raptu dicũt videre animas purgatorij: et plura alia vt furta: et res perditas: quarum pedes pro tunc adusti nõ sentiunt ignem. Dicendum ꝙ demon fantasmata in ymaginatione earum tantum intendit: vt extra nihil sentiant. Exemplum de habentibus morbũ caducum qui etiam adustionem non sentiunt in infirmitate sua: quia interioribus passionibus pressi: extra non sentiunt ignem. Augusti. etiam de ciuitate dei recitat de quodam qui ad modicum alicuius gemitum / se adeo ad interiora conuertere poterat vt nec voces / nec pũcturas / nec bellicantes sentiret. imo tanꝙ in defuncto nullus anhelitus sentiebatur.

Quã pulchra notãda.

Sed vnde est ꝙ femine in maiori multitudine reperiuntur superstíciose et malefice ꝙ viri. Respondeo ꝙ triplici ratione. primo quia prone sunt ad credendum. fidem autem malam demon principaliter querit. vnde eccl'iastici. xix. qui cito credit leuis est corde: et minorabitur. Secundo quia a natura (propter fluxibilitatem complexionis) faciliores sunt impressionis ad reuelationes capiendas per impressionem separatorum spirituũ. Et

Quarũ mulieres sũt supsticiose magis ꝙ viri.

guillermus parisiensis dicit. ꝙ cum complexio‑
ne sua bene vtuntur: multum bone sunt. cum vero
male: peiores sunt. Tertio quia linguam lubricā
habent. et ea que mala arte sciunt comparibus fe
minis vix celare possunt/ seqꝫ occulte cum vires
non habebant: per maleficia vindicare querunt.
Unde ecclesiastici. xxv. Commorari leoni et draco
ni plus placebit ꝙ habitare cum muliere nequā.
Ex supradictis patet prima pars propositionis:
videlicet ꝙ demones interius homines decipere
et illudere possunt. Secunda pars. scilicet ꝙ ex‑
terius possint illudere. Patet primo ratione or‑
gani sensus particularis exterioris: quod cū ma‑
teriale sit potest per demonem male disponi: ita
vt videatur res aliter esse ꝙ sit: quemadmodum
febricitantibus propter indispositionem lingue:
dulcia amara esse videntur. Ex parte vero ob‑
iecti circumponendo aliquid circa obiectum si‑
cut quando corpus album videtur mediante vi
tro rubicundo: illud album videtur rubicun‑
dum. Potest etiam illudere quadam agit‑
tatione occultando quedam et alia ostendendo
sicut socij dyomedis fuerunt subito subtracti et
ducti ad loca remotissima: et vere aues insolite
fuerunt ibi posite: que prope templum diomedis
multo tempore volauerunt et sic illudebantur hijs
qui credebant socios dyomedis in aues conuer‑
sos: aliomodo potest illudere applicando res ali‑
quas naturales quarum virtus est vt faciant ap
parere res aliter ꝙ sint. sicut est herba quedam
accensa fumiguans que facit trabes apparere

serpentes. potest etiam a sumpto corpore illudere: sicut apparuit lactuca moniali. vt refert Gregorius primo libro dyalogorum. et sic patet propositio ꝙ demones variis illusiõibus possunt homines illudere



Visis mirabilibus effectib⁹ magice artis. et magna demonis potentia paucis videre restat. Cur ad vota necromanticorum/hydromanticorum/ chiromanticorum/augurum/ aruspicum/fascinariorum/phitonicorum/ aliorumq; maleficiorum sua scientia extensissima. ac potestate ꝙ̃ maxima paratus assistat? Dicendum breuiter ꝙ hoc prouenit quia demones inuident saluti hominũ et ideo proni sunt ad nutriendum et trahendum eos in errorem. Propter quod secundum quod vident vnumquemque circa diuersa curiose et superstitiose aliquid obseruantem ingerunt se sponte ob obseruationi eorum. Secunda ratio. quia homines in signum subiectionis et reuerentie deo vero sacrificia offerunt. ymnos canunt. Inuocationes prostrationes et alia huiusmodi ad cultum latrie pertinentia faciunt. Idcirco demones quorum superbia ascendit semper appetunt ꝙ̃ maxime huiusmodi reuerentie signa sibi ab hominibus exiberi. et ideo operationibus talia sibi exibentium libentissime se immiscent.

Quare demõ hydromãticorum et alioꝝ maleficoꝝ dictis appareat.

Notandum secundo q̄ inuocare ex parte inuocantis duo importat. Primum est inuocantem credere alicuius rei. vtpote/ scientie/ potentie pecunie: seu rei alterius se pati inopiam et defectum. Alterum est credere illum defectum non fore sibi immobiliter affixum quin valeat per aliquem liberari: quod inuocans desiderat. Ex parte inuocati importat alia duo. Primum est credere in ipso inuocato esse potentiam adliberandum inuocantem a tali defectu. Ad Roma. x. quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt. Alterū est credere q̄ ille qui inuocatur/ a tali adiutorio conferendo/ si conferre voluerit: nullus poterit impedire. vel saltem est amicus et familiari illius quem nullus potest impedire. Ex parte finis inuocātionis importat duo. Primum: q̄ credit inuocatum humiliationibus et obsecrationibus ad prestandum patrocinium inclinari. Alterum: q̄ inuocans talia facit: vt ab inuocato iuuetur. Hiis notatis ponuntur quedam conclusiones.

Inuocare importat

Prima conclusio. Si demon inuocetur siue tacite siue expresse cum sacrificio et adoratione: si credit: ipse inuocans demonem forte deum a quo petit auxilium: talis inuocans hereticus est. Patet: quia credere demonem fore omnium creatorem heresis est. ergo demonem inuocans/ et hoc credens: hereticus est. Consequentia patet/ antecedens sit euidens: quia obuiat primo articulo fidei: et variis passibus sacri canonis vbi habetur demonem iniciū habuisse deliquisse et in malo ob

Cōclōnes notabiliū declaratiue.

stinatum remansisse/ que de omnium creatorē nephas est dicere.

SEcunda conclusio. Inuocans quouismodo demonem non credens eū esse deum. sed dei amicum et charum. et ideo ipsum inuocat: vt cum deo quod petit sibi sibi obtineat/ talis inuocans: hereticus est. Patet: quia credere demonem non esse in culpa obstinatum: heresis est. ergo credens ipsum fore deo charum et amicum: hereticum est. Consequentia claret. et antecedens patet quia in multis passibus sacre scripture habetur: ꝙ diabolus est obstinatus. Ut patet apocalipcis duodecimo ⁊ tredecimo. Et extra de summa trinitate. et fide catholica capitulo primo.

TErtia cōclusio. Inuocans demonem et non credens ipsum esse deū aut dei amicum immo in malo obstinatum/ credat tamen ipsum iuocare non esse peccatum: aut saltem non graue peccatum: hereticus est. Patet: quia in multis sacre scripture locis habetur: ꝙ inuocare/ consulere/ vel aliquid ab eis expetere: graue peccatum est. Unde deuto. xx. anima que declinauerit ad magos et ariolos: interficiam illam de medio populi mei. Item quia in omni inuocatione demonis fit pactum cum eo. Qui cum verum aliquando dicit: hoc facit/ vt assuefaciat ad hoc vt ei credatur.

QUarta conclusio. Inuocās demonem tacite vel expresse nō credens ipsum fore deum nec dei amicum. sed


potius in malo obstinatum. et q̈ inuocando gra-
uiter peccat. sed hoc facit vt quod optat a demo-
ne optineat. talis in re hereticis non est. licet pro
heretico sit habendus. Probatur prima pars.
quia talis non discedit corde a fide. Igitur here-
ticus non est. Secunda pars patet. quia ecclesia
iudicat de interioribus per exteriora.

Quinta conclusio. Petens a de
mone inuocato ea que excedunt demõis
potentiam: inuocãs tamen credit demo-
nem ista posse: puta mortuum suscitare
(vt saul videbatur credere posse phitonissam face
re) talis inuocans sic petens et credens: hereti-
cus est. Patet. quia alium a deo/ a se posse face-
re que pertinẽt precise ad diuinum posse. heresis
est: quia tunc alius a deo non foret: sed deus ipse
foret. ergo hoc a demone petens/ et sic credens/
hereticus est. antecedens et consequentia ex se
patent.

Sexta conclusio. Petens a de-
mone ea que sunt contra humani arbi-
trij libertatem/ vt q̈ cogat mulierẽ ad
consuetudinem libidinosi hominis voluntati. vel
ad aliquid super quo habet dominium sui actus
faciendi. et credat inuocans demonẽ ista posse. he
reticus est. Patet. Nam credere liberum arbitri
um homis a demone posse cogi: est heresis. quia
directe obuiat dictis sacre scripture. Dicitur e-
nim. ecclesiastici. xv. Deus ab initio constituit ho

minem/ et relinquit eum in manu consilij sui. Et genesis.x.sub te erit appetitus tuus: et tu dominaberis illi. Et ad Romanos. viij. Scio q̄ neq̄ angeli/neq̄ pricipatus/neq̄ potestates/ poterūt me separare a charitate.

SEptima conclusio. Petēs a demone ea que non excedunt eius potentiam.vt puta: ligare virum/ ne carnaliter vxorem cognoscat/aut q̄ domū alicuius euertat ⁊ credat demonem talia posse/etiam si non sit permissus a deo.talis inuocans et petens: hereticus est. Patet.quia talis de primo articulo fidei (quia de dei omni potentia) male sentit: ergo hereticus est. Male etiam sentit de sacra scriptura: quia hominem percutere/ ignem immittere/ ventum commouere / et domum euertere. secundū beatum Augustinum/ et recitatur. xxvi. q. v. c. Nec mirum.non excedunt naturalem demonis potestatem. et tamen ista non egit sathan contra beatum Job: nisi a deo permissus et licentiatus. vt patet Job primo. Patet etiam in magis pharaonis qui impediti a domino cinifes facere non potuerunt. Exodi.viij.



Ctaua conclusio. Jnuocans demonem et petens ea que excedunt demonis naturalem scientiam: vt potes futura que non habent causas deter-

minatas in natura/sed dependent a dei vel homi
nis voluntate. vt quis bella geret.quis auaricie
inseruiet/quis gladio aut veneno peribit/quis dā
nabitur/aut quando extremi iudicij dies erit. ta-
lia petens et credens demonē ista scire: heretic⁹
est.patet.quia scire predicta futura:est solius dei
ysa.xli. Adnuncitate que ventura sunt in futurum
et sciemus quia dij estis vos. Et actuum primo
Non est vr̄m nosse tempora vel momenta que pa-
ter posuit in sua potestate. Ex hoc patet error ge
netaliacorum:qui ex die natiuitatis fortunam ho
minis ac successum/etiam in singulis actibus pre
nunciare se posse iacent/quos irridens iuuenalis
ait. Si prurit frictus ocelli angelus/ inspecta ge-
nesi collyria poscit. Nec obstat si astrologi de ta-
libus sepius vera predicunt. quia vt plurimū ho
mines passiones partis sensitiue sequuntur: secū
dum quam astris subiciuntur. patet etiam error
diuinantiū per somnia futuros hominū euentus
a libero arbitrio dependentes.

Diuersi-
tas sōnio
rum.


Est tamen hic sciendum. Qd̄ que
dā sunt somnia q̄ sunt cause futuroꝝ euē
tuū. vt quando ex hijs que somnians vi
dit mouetur postea in vigila ad aliquid
agendum aut vitandum. vt recitat galienus de
quodam greco qui somniauit: q̄ si minueretur in
ter duos digitos sanaretur. qui cum euigilasset
fecit minui ⁊ sanatus est. Alia sunt somnia que so
lum sunt: signa futurorum euentuum et non causa
vt sunt illa que habent causam conuenenis eis /
et futuris euentibus: siue illa causa fuerit corpo-
ralis/siue spiritualis. Corporalis quidem: vt quā

do ex ipressione celestiū corporū/et etiā aeris circunstantis immutatur corpus et ymaginatio dormientis / sic dormienti apparent alique visiones conformes dispositioni corporum celestium ⁊ elementorum/pro vt sunt cause aliquorum euentuū futurorum . sicut quando disponuntur elementa ad serenitatem/vel pluuiam.aut aliqua huiusmodi.apparent dormienti alique fantasie cōformes illi dispositioni. Unde et bruta animalia percipiunt frequenter futuros temporum euentus serenitatis ⁊ pluuie ex circunstantis aeris immutatione.et ita dicit philosophus.octauo phisicorum q a cōtinente nos:fiunt multe mutationes in nobis.

Spiritualis autem causa somnii est quandoqꝫ deus/ quandoqꝫ diabolus. Deus quidem vt quando ministerio angelorum reuelat in somnijs aliqua futura:quorum ipse est futurus causa.secundum illud nume. xii. si fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei . vel per somnum loquar ad eum. Diabolus autē/vt quando ad deceptionem hominum disponendo interius fantasmata / facit apparere aliqua futura que ipse est facturus. — Causa sōnij spiritualis.

Alia sunt somnia que nec sūt cause futurorū euentuum/nec signa:sed sunt solum motus simulacrorum. sicut sūt omnia illa somnia que causantur in dormiēte ex aliqua causa interiori:que duplex est animalis scicet ⁊ corporalis animalis quidem vt quando occurrunt homini dormienti fantasmata conuenientia eis / circa que eius cogitatio vel locutio fuit in vigilia immorata. Unde homines sollici ti:⁊ cogitatiui circa aliqua: frequent̄ somniāt de illis. Ideo dicit macrobius super somnio scipi — De dupli ci causa sōniorū spiritualium

onis. Sepe fit vt cogitationes sermonesqꝫ nostri apareāt aliquid in somno/tale quale vigilans se=pissime solebat agitare: vel loqui propter quod claudianus dicit. Omnia que sensu voluūtur vo=ta diurno/pectore sopito reddit amicicia quis venator defessa thoro cum membra reponit / mens tamen ad siluas/et sua lustra reddit.

Causa sō=nij cor=poralis.

Corporalis autem/sicut quan=doqꝫ ex aliqua interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in fanta=sia dormientis conueniens illi corporali dispositioni. sicut homini qui habundat in frigi=dis humoribus occurrit in sōno fantasiatio ꝙ sit in niue vel in aqua. propter quod medici dicūt in=tendendū esse somnijs ad cognoscendum interiores hominis dispositiones . Ad hunc etiā moduz reducuntur omnia sōnia sequentia complexiones hominū sicut colerici somniat ignea et sgilia. vnde somniant frequenter se volare/comburi. fleu=matici somniant aquatica. vt ꝙ sint in aqua vel niue . et melancholici somniant nigra et discolora=ta . sanguinei vero leta . Ad hunc etiam modum reducūtur omnia somnia que sequuntur naturas ciborum. nam quod complexio facit per naturam hoc sibi faciunt per accidens. Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia que sequūtur: appetitum hominis et affectionem. sicut auarus sō=niat de auro et argēto. famelicus de cibo. studiosius de lectione et disputationibus et sic de alijs. Ad hunc etiam modum reducuntur omnia sequē

ia. naturas et conditiones infirmitatum. tales
emen cause somniorum non sunt cause futuroꝝ
uentuum sicut prime. Unde huiusmodi somnia
er accidens se habent ad futuros euentus. et si
uandoqꝫ simul concurrant. hoc erit casuale ꝛ for
uitum. Si quis ergo vtatur somnijs ad preco=
noscenda futura secundum ꝙ somnia procedunt
x eleuatione diuina. vel ex causa naturali intrin=
eca quantum potest virtus talis se extendere nō
rit diuinatio illicita. Si autem huius modi diui
atio causetur a demone cum quo pacta haben=
ur expressa (cum ad hoc inuocatur) vel tacita. tūc
rit illicita et supersticiosa. Sed quidem de ma=
is geomanticis/ydromanticis piromanticis/et
lijs diuinatoribus consimilibus qui ex protracti
nibus punctorum factis sine deliberatione: ꝛ ex
roiectione plumbi liquefacti in aqua: aut ex alijs
uiusmodi vanitatibus futura prenunciare vidē
ur. Dicendum ꝙ prenunciationes que fiūt ex ta=
bus signis: originem habent a demone: qui se
mmiscet descriptionibus punctorum et alijs su=
ersticiosis obseruantijs. et eius operatione dis=
onuntur predicti motus preter deliberationem
xistentes secundum ꝙ congruit dispositioni futu
orum euentuum. eorum quidem quos naturali=
er ipse cognoscit.

Quando diuinatio sōnioꝝ est licita vel illicita

Nona conclusio. Si petantur a demone ꝑnūciari certitudinaliť futura q̄ habēt causas deťminatas ī natura nō de necessitate ꝑducētes sed vt ī plu=

ribus et frequenter/vt predicere si pluuie/siccita
tes aut sterilitates erunt/et credat inuocans de
monem scire ista certitudinaliter euenire:talis he
reticus est.patet quia talis certitudinalem huius
modi futurorũ cognitionem que pertinet soli deo
credit pertinere etiam creature/ꝛ per consequẽs
creature fore deũ/ergo sic credens hereticus est

Decima conclusio. Si petantur a demone reuelari preterita/vel presen tia nobis abscondita demoni autem ma manifesta: et credat inuocans talia per demonẽ reuelata infallibiliter ita esse sic credẽs hereticus est: patet quia credere demonem non fore mendacij patrem/et verum semper esse eius sermonem vel reuelationem:heresis est. quia re pugnat sacre scripture.vnde.Johãnis.viii. hab tur.ille homicida erat ab inicio et in veritate non stetit/cum loquitur mendacium ex propriis loqu tur/quia mendax est.vnde criso.super Math.su per illo v̄bo quod dixit iesus demoni: obmutesc Salutiferum inquit nobis dogma datur/ ne cre damus demonibus quecumque denuncient veritat Et quia magi malefici/ incantatores/ et demon inuocatores. talia multa de demonis potentia e scientia pertinaciter credunt.merito tales a chri sti fidelibus tanquam heretici sunt euitandi

Ex supradictis infero quod artes magice que inuocationes demonũ et p cta cum eis consulunt merito omni iur sunt proibite.quia male et perturbatiu omnis policie. cuius oppositũ tenuit preclare ite ligentie vir magister et dominus nouissime ve

to scire cupiant: mira illa que per eas fieri posse pollicentur. Et sic patet confutatio sui dicti. Ex quibus simul cuz optima illius regni pollicia infero q nec apud toletū / nec apud salamanticā aut quamlibet aliam hesperie partem hac tempestate magice artes tollerantur.



Ed est sciēdum q iamolī apud salamanticam vrbem/idolum marmoreum in profundissima cauea positum colebatur: cui demon assistebat instruens. in huiusmodi artibus eos qui sibi certis pactis et inuocationibus subici volebant. qui post tractum temporis in quibusdam affectibus admirabiles apparebant. verūtamen non modo a diebus multis verum et ab annis antiquissimis cauea illa obstructa est et de super ecclesia fabricata. ydolum vero predictū ante acclesiam in via publica a pertranseuntibus conculcatur adeo vt vix sculpture vestigium apareat. Et sic patet correlarium.



T quia ea quibus magice artes acrius sūt iprobate ex christi doctrina sunt accepta: Infero finaliter q christi doctrina fideles omnes a magorum maleficis purgantur. Quod est correlarium responsiuum ad questionem per sacre legis doctorem michi propositam Cui atq vobis diuinarum litterarum in terris arbitris dicta mea submitto corrigenda.

Finis.

¶ Frater petrus aymerich cõuentus
sancte marie boni aeris castricalleris
ordinis de mercede redẽptiõis capti-
uoꝝ sacri iuris doctor reuerẽdũ sacra-
rum artium professorem fratrem Lu-
douicum legostera: eiusdem ordinis
saluere iubet.

¶ Tametsi de tua eloquentia ac morum probita-
te quid mea sentiret opinio aut sententia tantisp
prestolatus fuerim cum serenissime tum perspica
cissime vir: et cum satis superqꝫ satis tue benigni-
tatis ac facundie aggressu indignũ me ipsum exi-
stimarem (apud me decretum est) hunc de magi-
cis artibus: et illa que ingrandi atqꝫ satis pere-
grino processu in decretis seu iuris canonici pas-
sious continentur stillo breui ad te mitere nulla-
tenus dubitare vt quoqꝫ iure quaqꝫ iniuria agen-
dum esset (quo tibi salutes offerrem) et incultum
et extemporaneum epistolium. Nichilominus id
te decet id tuam atingit prestat qꝫ excellentiã: id
deniqꝫ animi industriã/ corporis audaciã: ingenũ
insuper acrimoniam excedit: vt te aliquantulum
preceptorum more litteris meis ineptis (nec di-
cam in cultis) aggrediar nempe te litteris vehe-
menter adeo emancipasti: vt perspicati ingeni

